



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**EXIMI-//VM PLANEQVE DIVI-//NVM OPVS
INCOMPARABILIS// Theologi Dionysij, professione
Car//thusiani, in quo opere contine[n]tur// quinque
humanae uitae specu//la**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1540

Quod ministri ecclesiae debent esse casti Cap. III

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55481](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55481)

SPECVLVM

Agust.

canon loquitur de uouentibus castitatē & postea con-
trahentibus. Simile habetur de clericis fornicarijs di-
stinct. trigesima secunda, ca. Eos. Sed istis omissis acci-
pio media planiora, quia sicut grauius peccat moni-
chalis fornicando quam uxor adulterando, sicut dicit
sanctus Augusti. de sancta uirginitate lōge ante medi-
um. Sed grauius peccat sacerdos fornicando quā mo-
nialis uel religiosus quicumq; in sacris ordinibus non
constitutus, ergo grauius peccat quā adulter uel adul-
tera, quia si grauius peccat quam adultera grati-
us peccat quam adulter, sicut in prima dubitatione
dictum est. Vnde uidetur mihi, quod sacerdos est
magis obligatus ad castitatem quam monachus, in
quatum talis, scilicet quod non sit in sacris ordinibus
constitutus, & pari ratione magis quam sanctimonia-
lis, uel quacumq; religiosa, in quantum religiosa.

Quod ministri ecclesie debent esse casti CAP. III

Rom. 8.

MINISTRI ecclesie debent esse casti prop-
ter plures rationes. Primo, quia ipsi debent
deum placare. Ecclesiastici quadragesimo quarto. In
tempore iracundie factus est reconciliatio. Placare uero
non possunt, nisi placeant. Placere autem non possunt
si carnaliter uiuant. Qui enim in carne sunt, inquit A-
postolus, placere deo nō possunt. Bernardus. Vā filijs
irā, qui nondum sunt reconciliati, Reconciliations
alienae negotium, quasi gens quae iusticiam fecit, ap-
prehendunt. Secundo quia ipsi sunt loco dei, ideo ipsi
uiuere debent ut deus, scilicet spiritualiter, non car-
na

Haliter. Nam comesturis agnum paschalē dicitur, re
 nes uestros accingetis, ab omni scilicet carnis immundicia, quando autem hoc non sufficit, ibidem subi- Exo. 12.
 citur: & calciamenta habebitis in pedibus uestris, quasi
 dicat dominus deus, corpore iā ab omni spurcicia ab-
 stracto indutus sis oporteat calciamentis, quandoquē
 dem super hanc terram, quæ est maculosa cōuersamī-
 ni. Si nudatis pedibus incederetis, de facili fœditas
 aliqua contraheretur, quamobrem quo facilius cor-
 poris mundiciam seruetis, quotiescunque cum mere
 mundanis hominibus est tibi necessarius congressus,
 calciamenta, hoc est, tutamenta quædam tui corporis
 animique mundiciei semper in pedibus, hoc est in af-
 fectibus uestris, qui uidelicet affectus multum sem-
 per te incitant ad immundiciem sumatis, hæc autem
 si cunctis mortalibus paschæ agnum manducantibus
 præcipiantur, quanto magis Christianæ religionis sa-
 cerdotibus, qui Iesu Christi a uirgine nati corpus im-
 maculati ssumum sub panis specie sepiissime cōtrectāt,
 ideoque diuinissimus Gregorius scribit: Nulla bona
 sunt cetera, si occultis iudicis oculis castitatis testimo-
 nio non approbantur. Hieronymus: Quacunque uir-
 tute polleas, quibuscunque operibus uiteas, si cingu-
 lo castitatis careas, omnia per terram trahes. De lux-
 uriosis sacerdotibus dominus per Ezechielem pro-
 phetam dicit: Coinquinabar in medio illorum. Ecce
 quanta sacerdotum coinquinatio, cum ille qui sine
 macula est, dicat se ab illis inquinari. Sanctus Hie-
 ronimus dicit: Corpus Christi polluit, qui ante al-
 tare pollutus accedit. Mundamini ergo qui fertis uas-
 sa domini, imò qui estis uasa domini, ut in uasis .i.
 in cordibus uestris mundis ipsum, qui est candor lucis
 eterne, splendor gloriæ & speculū sine macula sumatis.

N Qua